

cumque necnon et proprio existens, in summa missa non fuerit, nisi infirmitate detentus, dictorum panum, quantum ad distributionem diei illius, careat perceptione. Quod et de quarta feria similiter observetur. Praeterea quicumque residens locum Capituli, dum Canonici ibidem congregantur vel Ecclesiam nostram praedictam, tempore dum in summo choro celebrantur divina, sine religione et habitu choralis introeant, a perceptione dictorum panum per unam septimanam sit privatus, volentes, ut portio chorum in summa missa dictis diebus non visitantibus, et tempore Capituli vel divinorum sine habitu ut premittitur Capitulum vel Ecclesiam intrantibus indebita, inter alios Canonicos qui dictis diebus in summa missa fuerint aequaliter distribuatur. Si autem quis Canonicorum nostrorum donationi et ordinationi praedictis contradicere praesumpserit et suspectas mulieres in domibus suis vel alibi detinuerit et procaverit, a iure percipiendi dictos panes, quamdiu ipsas detinuerit et procaverit, cadat ipso facto. Nos igitur dictis dominis Canonicis super dicta donatione et ordinatione nostra aliqua, in posterum poterit per nostros successores, vel alios quoscumque, cuiuscumque conditionis vel status existunt, contradictionis oriri materia. eis praesentes litteras sigilli nostri et capituli nostri praedicti munimine dedimus roboratas. Actum et datum in Capitulo nostro anno domini Millesimo CCC decimo nono, Kl. Decemb. XVI.

Nos ergo precibus devotis Praepositi et Capituli praedictorum inclinati, supra dicta omnia et singula prout rite et rationabiliter facta sunt, matura deliberatione praehabita, auctoritate metropolitana ratificamus approbamus et praesentis scripti patrocinio communimus. In quarum ratificationis approbationis et confirmationis evidentiam, sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum Lundis anno domini Millesimo CCCXXX nono, crastino beati Nicolai Episcopi et Confessoris.

*Aus den Bartholinschen Abschriften Tom. C. S. 277, 278 auf der Universitätsbibliothek zu Kopenhagen.*

**1319. Decbr. 22.**

**402.**

*Papst Johann (XXII) nimmt das Kloster Loci dei in seinen Schutz und bestätigt demselben seine Besitzungen. — „Cum a vobis.“*

Datum Avinion X, Kall. Decembris pontificatus nostri anno primo.

*Reg. Dan. 1877.*

**1319. Decbr. 31.**

**403.**

*Heinrich von Dame überträgt zwei und ein drittel Hufen an das Kloster Itzehoe zu einer Memorie.*

In Goddes Nahmen Amen. Iek Hinrick von Dame, bekenne dis mit minen rechten Erven, in dessen gegenwertigen Breve, dat wy witlicken laten von tween Hofen, und van einem dridden Deel von einer Hofe, dat Oldeland höret hadde, de in dat Closter to Itzehoe vorgeven syn dorch Herr Bartrammes und myner Seele willen, wantt it von ihm kompt, und Her Bartrammes Wives seele willen, wantt it von er kompt, also bestädeliken, dat vorseggende Closter schall uns plichtig wesen, enes Presters to holdende, de vns alle Dage ene Misse sprecke. Den Prester schölen de Provisorn und de Jungfrowen an dissen benömeden Closter nu to allermaten vaste beholden, Herr Bartrams Wives Sone to denckende, und synes Wyves, wan it van er kompt, und myner, also hier vorsproken iss. Over dissen Dingen hebbe wy Graf Gerhard gewesen, dai betüge wy mit unsem Inge-

segel, urkunde und tor Warheit disser Dinge, und Herr Hinrick von Dame betüget it mit synem Ingeseget, dat to dissen Brefe is gehenget. Disse Breef is geschreven nach Gottes Bord 1319 in sunte Sylvesters Dage.

Ditt vorsprokene Gut is togedeelet denen Closter Jungfrowen. De edele Herr Grefe Hinrick van Holstein vnd syne Riddere und syne Knapen, Herr Marquard von der Wisch, Claus von der Wisch, Herr Hinrick von Revenclo, Herr Hinrick von der Wisch, Dettleff Walstorp, Johan von der Wisch, Riddere, dar was over und iegenwardig und syne Riddere und Rede, na de verschreven sind, de dat vundem un detden.

*Noodt, Beiträge I. S. 200 nach unbekannter Quelle.*

1320. Febr. 16.

404.

*Johann, Graf von Holstein, bestätigt dem Scholasticus Heinrich de Culmine Schule und Pfarrei in Kiel.*

Iohannes dei gracia Comes holsatie. Omnibus presencia uisuris et auditoris salutem in domino. Cum magistro Hinrico de culmine nunc scolastico in kyl de scola seu scolastria in kyl in via permutacionis iam dudum prouisum fuerit per honorabilem virum Magistrum zeghebandum lubicensis ecclesie decanum. cui plene et libere contulimus auctoritatem nostram faciendi quicquid in hac parte personaliter facere ualeremus. Nos partibus eiusdem magistri hinrici beniuole inclinati. eidem magistro hinrico ob fauorem et gratiam. specialem concessimus ut racione predictae scole seu scolastrie. ad sacros ordines ac ad personalem residenciam nullatenus teneatur. volumus tamen ut semper de persona ydonea provideat. ibidem pro informacione debita paruulorum. Amplius, ut diuina offitia in ecclesia parochiali in kyl. eo sollempnius peragantur. eidem magistro hinrico concessimus. ut in ciuitate nostra kyl. nulla alia scola preter predictam. scolam Magistri Hinrici aliquatenus. erigatur. Huius rei testes sunt. Dominus rotherus rose. Dominus petrus dictus paues sacerdotes ac nostri capellani dominus Iohannes de Godendorpe ac dominus Iohannes de gortze milites. ac Iohannes raphun et Hinricus raphun nostri famuli, et alii quam plures. fidedigni ad hoc specialiter uocati ac rogati. In Cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro kyl. anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX. dominica qua cantatur Inuocauit.

*Original im Staatsarchiv zu Schleswig. Reitersiegel am Pergamentstreifen fragmentarisch. Ein Siegeleinschnitt. Westfalen IV. 3281.*

1320. Febr. 16.

405.

*Erich, Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen schenkt die von dem Knappen Johann Schack gekaufte Hufe zu Artlenburg dem Kloster zu Marienbek.*

Ericus dei gracia dux Saxonie angarie et westfalie Omnibus presens scriptum visuris vel auditoris salutem in domino sempiternam. Cum et plantare sacram religionem. et plantatam fouere pro posse nostro modis omnibus teneamur. Igitur ad notitiam vniuersorum cupimus. peruenire, quod pro remedio animarum progenitorum nostrorum et nostre, vnum mansum inter campos agrorum in Erteneborgh situm. quem a Iohanne scacken famulo. filio domine ysolde de lvnborgh comparauimus. Damus liberaliter et mera voluntate. viris religiosis. abbati. conventui et ecclesie ordinis Cystericiensis. in Rivo sancte marie. cum omnibus pro-